

Bermo

•L•

in dño gloriatur. et in eius cruce
Sicut bonū nō ex necessitate s; h
lari voluntate ad philemonē
Nam hilarem datorem diligit
deus. 2. Cor. 9. dicens cū aplo
Gal. 6. Nihil absit gloriari ni
si in cruce. ¶ Quinto extra mur
murantes pseueranter stare. ste
rit zacheus pseueranter contra
mundū. carnem. et animū. sciēs
quia non incipienti s; pseueran
ti salus debetur et corona Nam
qui etiā vltima hora venit. si sal
tem pseuerauerit denariū acci
piet Matth. 20. Non qui pmo
mane sed abiit. sola em pseuerā
tia coronabit Apoc. ¶ Sex
tus oib; pfecte satisfacere Om
nibus pfecto satisfecit zacheus
primo dando dimidiū. qd fit
cum ipm sicut se se diligit. Deo
reddendo quadruplū. spem s; z
timorē. dolorē et amorē. frau
dauit em dñm. dum hec mūdo
impēdit. deum ppter se se et ad
comodū sui finaliter timēdo. et
amādo. Reddidit s; dum hec
filialiter ppter deū. soli deo im
pendit Ecce gradus sex quib;
pungit ascensorem puenire ad
brauium salutis eterne. cui p se
cutio et dei laus ppetua sine fine
mansura finis est omis solēni
tis temporalis. Quid em pdest fe
stis interesse hoim. si abesse cō
tingat festi angeloz. Hys ergo
gradib; exēplo zachēi. ad dñm
ambulare conemur etc.

De eodem sermo. III.
in ordine. L.

Asciēt mi
hi sanctuariū. et
habitabo in me
dio eoz. verba sūt dñi ad
moysen cū ascendit in mo
tem. Exo. 25. ¶ Festum
magnum. spūali gaudio plenum.
hodie nobis offertur celebran
dum. festum vtiq; erectōis. sa
bricatōis et sanctificatōis taber
naculoz dei seu ecclesie nre. Nō
tale quale celebrauerunt iudei.
Isti namq; sicut eis pceptū fuit.
Leui. 23. septem dies solēnes in
tabernacul; extra tecta sub fron
dibus arbor; agebant. in memo
riam sue eductōis p desertū de
terra egipti. sed agim; festū diē
erectōis et sanctificatōis hui;
materialis templi p man; ponti
ficum psecrati. in quo ad nrām
salutē inhabitare dignat dñs
ad sacramentoz picipatiōem ad
psonalem sanctificatōz. ad me
ritoz ppatōem et demū ad eter
nam beatificatōem. Hinc festū
iudeoz. vmbra quedā veritatis
fuit. que ad nos vsq; puenit.
¶ Est autē dedicatōis festū. qd
hodierno die festiuo celebram;
gaudio vetustissimū. qd non so
lum ab ecclesiastica institutiōe.
verū et instrumēti veteris appro
batione. visionis psignatōe. xpi
visitatōe solēnissimū pprobat
¶ Unde de pse. dis. i. Solēni;

In dedicatione templi

tates dicitur. Solēnitates ecclesiarum dedicationū et sacerdotum. per singulos ānos sunt solenniter celebrande. ipso domino exemplū dante. q̄ ad festū dedicatōis templi. omnibus id faciēdi dāns formam cum reliquis populis eandem festiuitatem celebraturus venit. Et. ca.º precedenti. Solēnitates dedicationum per singulos annos sunt celebrande. Et ca.º p̄mo clare habetur. q̄ ex quo iudei qui vmbre legis serui erunt non nisi in dedicatis deo locis supplicabant. et munera offerebāt. multo magis nos quib⁹ veritas patefacta et gratia per iesum christum data est. templa debemus domino edificare. et prout melius possumus adornare ea q̄ diuinis precibus et sanctis vnctionibus etc. solēniter sacrare. immo priusquā fierent he ecclesiastice institutiones. reperitur a patribus dedicatio templi obseruata. **A**pprobatur id ipsum veteris testamenti scriptura. et domini mandatum moysi datū Exo. 25. vbi thema. Et exo. 26. c. docet moyses quō tabernaculum fieri debeat. Similiter. et. c. 27. Ad idem nume. 9. dicit Die qua erectū est tabernaculū. opuit illud nubes. Itē. 3. Regl. 5. precepit salomon hiram preparare ligna pro templo edificādo nomini domini dei. vt ibidē late habetur capitulo sexto ibidē

habetur quādo incepta fuit edificatio domus domini. Capitulo octauo archa delata fuit in templum domini. quod edificauit salomō vbi et oratōem fudit ad dominū. et victimas imolauit. ac hostias pacificas mactauit. quas imolauit domino. bouū viginti duo milia. Et ouium centum viginti milia. fecit quoq̄ in tempe illo festiuitatem celebrem etc. **I**tem. 2. Paralipo. 2. Salomō decreuit edificare templū domino. Incepit edificare mensē. 2. anno. 4. regni sui. c. 3. Capitulo septimo habetur q̄ cū salomon compleisset p̄ces. ignis descendit de celo. et deuorauit hostias et victimas. et maiestas domini impleuit domum nec poterant sacerdotes ingredi templum domini. eo q̄ impleset maiestas domini tēplum. **C**elebrauit autem solennitatem. septem diebus. **I**tem. 1. Esdre. 3. ceperunt edificare templum sorobabel filius Salathiel. et iosue filius iosedech et reliqui etc. et laudauerunt dominū magno iubilo fundato iam templo De cuius consummatione per darium regem habetur ca. 6. **I**sta enim fuit reedificatio tēpli. De oblatione quā fecerūt filij israel iuxta numerum tribuum israel. et de continuatione per septē dies. vide ibidē. ca. 6. **I**tem. 1. machabeo. 4. habetur de templi purificatione facta per iudā

Sermo

L

machabeum. et de purificati re/
nouatione. et de noui altaris edi/
ficatione cuius dedicatio ex sta/
tuto iude de anno in annum per
dies octo venit celebranda. **A**
quinta et vicesima die mensis
casleu cū leticia et gaudio. **I**sta ē
dies de qua dicit **Iohānis. 10.**
Facta sunt encenia in hierosoli/
mis et hiems erat. **P**rima enim
dedicatio facta fuit tempore sa/
lomonis i septembri. **3. Reg. 8.**
Alia in reditu babilonice capti/
uitatis. **1. Esdre. 6.** facta fuit in
vere **Tercia** in decembri. **M**ensis
enim casleu correspondet mēsis
nouember et aliquando in par/
te december. **¶**
B **E**st deniq; templi sancti/
ficatio visione presignata. **S**i/
quidem cum iacob post longam
et deuotam orationem requiesce/
re vellet in quodam loco post so/
lis occubitum. vidit in somnis
scalam stantem super terram. et
cacumen eius tangens celum. an/
gelos quoq; descendentes et ascē/
dentes. et dominum innixum sca/
le. **L**ūq; euigilasset iacob. ait. ve/
re dominus est i loco isto. et ego
nesciebam. id est dominus incar/
nandus est. et beneficia multa
ibi exhibebit sua passione et mor/
te humano generi. quod ante il/
lam visionem. non ita erat clare
cognitum iacob. **P**auēsq; id est
admirās de dei benignitate ait.
q; terribilis. id est venerabilis ē
locus iste. **N**on est hic aliud nisi

domus dei. **D**icit lira. q; iacob
vidit futurum esse q; ibi funda/
retur templum. vt supra. **2. pali.**
3. et q; ibidem postea offerendus
esset dominus noster iesus chri/
stus. **E**rexit ergo ibi signum rei
preterite. hoc est visionis sibi ostē/
se. **I**n signum rei future. scilicet
foundationis templi et passionis
christi. videlicet **Benef. 22.** in
textu et in postilla. **H**inc ecclesia
catholica cārica sua ex hac sum/
psit visione.

Dominus quoq; noster chri/
stus iesus. hanc sibi gratissimā
esse ex eo demonstrauit. quia in
illa ipse templum ingredi. sermo/
nem ad populum fundere. et di/
uinitatis sue sacra pandere di/
gnatus est. teste iohannis c. 10. q;
ait. facta sunt encenia (id est so/
lennia dedicationis templi) in
hierosolimis. et hiems erat. **S**i
ergo placuit domino perambu/
lare dedicationis tempore in tē/
plo. vbi caro et sanguis brutoū
animalium offerebatur. multo
magis nunc placet dedicationē
nostri templi inuisere. vbi corp⁹
eius sacratissimum tē. patri of/
fertur. **¶** **I**taq; more patrum.
vt boni filij. patrum imitantes
vestigia. studeamus domino fa/
cere sanctuarium et habitabit p/
ut promisit in medio nostrum.
fm thematis verba facient mi/
hi sanctuarium. et habitabo in
medio eorum pro gratia impe/
tranda. dicatis **Aue maria.**

In dedicatione templi

Tamet si hodiernae diei festiuitas longe lateque effertur posset ob beneficiorum magnitudinem (beneficium enim cadens sub gratia causa est festuandi) In hoc autem festo. omnia dei beneficia salutem conferentia. in quantum a nobis suscipiunt veniunt in memoriam gratificam. In alijs vero in quantum dominus ea contulit. Acta mensuram dimissis pro nunc (inter cetera collata donaria) habitaculis multis. que nobis dominus preparauit et sanctificauit. In quibus denique habitare nobiscum dignatur scilicet celo. ecclesia et materiali templo. In celo. ad nostram eternam beatificationem. in ecclesia. ad meritorem participatorem. in templo. ad sacramentorum participatorem. tamen secundum thematis verba solum de habitaculo dei quod est anima nostra nunc loquendum. cuius edificatio ad nostram personalem sanctificationem ut percipere verba apostoli nos admonent. Quippe secundum beatum Augustinum in sermone de dedicatione. In nobis spirituali edificatio completur. quid quod in templis manufactis agitur.

Cuideamur itaque pro quibus dignum est ut nos ipsos domino edificemus habitaculum. Secundo quomodo illud possit fieri. conformiter edificatio templi manufacti. **Q**uo ad primum. occurrit factum insigne nostro proposito utile. Olim namque rex gliosus et propheta domini sanctus dauid. religiosa quidam cepit cogitatione moueri indignum iu-

dicans. quod nulla adhuc domum dominus sabaoth haberet in terris. ipse vero domum cedrinam inhabitaret regie dignitatis. Idcirco edificare domum domino mente deuota cogitabat. in quo etiam plurimum a domino commendatum est. licet datum sibi non fuerit ut opus perficeret ut habet. 2. Reg. 7. **H**oc ipsum ait beatus Hieronymus. 2. de dedicatione fratres nos quoque decet cogitare fideliter. et viriliter effectum mancipare. An non anima nostra sublimi in domo habitat. que a deo sibi fabricata est. in corpore scilicet. quod sic contempnit et ordinauit. ut gloriose in eo et delectabiliter habitaret. Nam quod sit cum corpore dulce portum 2. de 70. triste diuortium manifestat. dum vix tandem auelli potest cum corruptio ipsa corporis penitus intolerabilis est vegetari.

Quod vero corpus a deo. non solum in primis parentibus. sed in singulis fabricatum est. testis est virilis illa mulier. 2. macha. 7. dicens filiis suis. Nescio quomodo in utero meo appuistis. Neque enim ego spiritum et animam dedi vobis et vitam et singulorum membra non ego compegi. sed mundi creator. qui format hominis natiuitatem.

Sed et nostro corpori domum fecit excelsum aptissimam et decoratam totum scilicet hunc sensibilem et inhabitabilem mundum. Mundus siquidem factus est propter hominem ut ei seruiret. ait magister dionysius. 1. li. 21.

Et hugo in de arra anie. **V**inc

ps. Omnia subiecisti sub pedibus eius etc. Indignū ergo est. si ei templū edificare dissimulam⁹ q̄ nobis domos fecit. Nec mō indignum sed nimis p̄iudiciale nobis et dānosum. Nam dom⁹ quā hic habem⁹ et cor. p⁹ et mundus statim casura est. qz omnū finis appropinquabit. i. **Pe. 4.** Figura q̄z hui⁹ mundi preterit. i. **Loz. 7.** Jō edificauit domū nō manufactā eternam in celis. quā tamē nō poterit sequi. nisi qui hic dñm in templo quē sibi preparauit habet cohabitantē. **Di**cente ap̄lo **Ro. 8.** Si quis sp̄m xp̄i nō habet hic nō est ei⁹. **Q**si sp̄s eius qui suscitauit xpm a mortuis habitat in vob⁹. viuifi. et mor. cor. v̄ra. ppter inhabitātem sp̄m eius in vob⁹. **Felix** ergo et multū felix aīa. que dño templū edificat. vt dum dom⁹ sua corrūpit. recipiat a dño in eternā tabernacula. **P**ec secure cum ap̄lo dicere pōt. **S**cim⁹ si terrestris dom⁹ nostra hui⁹ dissoluatur habitatois. q̄ edificatōem habem⁹ ex deo. domū nō manufactā eternam in celis. **I**dcirco dilectissimi caueā. ne dem⁹ somnū oculis nostr⁹. et palpebris nostris dormitatōem. et requiē t̄pi bus nostris. donec inueniamus locum dño. tabernaculū deo iacob. **U**bi autē inueniri potest locus hui⁹ edificij. Nam sic orauit salomon in templi dedicatione. **3. Regū. 8.** Celi celoz

dñm cape non poterūt. **S**ed reuera non capit dñm nisi imago sua. **A**īa capax est illius. que ad imaginē ei⁹ creata est. **F**estine m⁹ q̄ thalamū aīe nr̄e habitaculum dño edificare. qz cōplacuit dño habitare in ea. **D**elicie mee inqt esse cū filijs hoīm. **P**uer. 8. **A**d edificatōem autē q̄tuor sunt necessaria scz fundamentū. **E**xtructio. **P**arietes. **L**ectum. **F**undamentū aliud nemo p̄t ponere. p̄ter id qd̄ positum est. qd̄ est xpc iesus. i. **Loz. 3.** **X**pc q̄ hoīem creauit ipse et repauit. ipse supra seipm ecclesiā suā edificauit p̄ter et fundauit. **I**psē lapis angularis. in quo omis edificatio constructa crescit in templum sanctū in dño. ad **E**p̄he. 2. **D**e quo et. i. **Pe. 2.** hortat. **A**ccedentes lapidē viuū. ipsi tanq̄ lapides viuī sup̄edificamī. **I**n ps. fundamenta ei⁹ in montib⁹ sanctis. **A**ug⁹. in ench. c. 4. **L**ectum ppriūq̄z fidei catholice fundamentū xpc est. **E**cce fundamētum nostr⁹ xpc est. **E**t recte. **Q**d em̄ aliud fundamentū possz esse xp̄iano. q̄z xpc. cui fūire. quē imitari. ad cui⁹ regnū necesse est aspirari. **L**ui viuere optet et mori sicut ait ap̄ls ad **Phil. 1.** **S**ine em̄ viuim⁹ siue morimur dñi sumus. **R**o. 14. **P**erito q̄ fundamentū nostr⁹ est xpc. cui omia in nitūtur. **D**oc em̄ d̄z fundamētū qd̄ ita fundat cetera. vt ipm nulli innitat. **S**ed dices.

In dedicatione templi

quō idem ipse est et lapis angu-
laris et fundamentū. Fundamē-
tū em̄ est cui tota fabrica innitit̄
Lapis angularis ꝑo. in quo to-
tum edificium ꝑsummat̄. Cum ḡ
fundamentū sit in imo. lapis an-
gularis in summo. Lapis ḡ an-
gularis fundamēto et pietibus
innititur. nō fundamētū lapidi
angulari. **U**n̄ hec vident̄ res cō-
trarie eedē rei incōpossibil̄. s. vt
in ꝑho dicit̄ rē. **L**icet in hoc solui
posset replica. qz i fundamēto
angul⁹ est. s. alti⁹ h̄ later mīste-
rium **I**n h̄ em̄ ꝑtz quid interest
inter fabricā spūalem et edificij
mālis **F**undamentū māialis
edificij in imo est. sed spūalis in
summo. **S**i em̄ ait aug⁹. ad trā
edificaremur in imo nob̄ pōnen-
dū erat fundamentū. sed qz cele-
stis fabrica est ad celos ꝑcessit̄
fundamentū n̄rm. **C**um ḡ n̄rm
edificium in celis fundat̄. ido h̄t
fundamentū sursum **U**n̄ q̄ sur-
sum sunt sapite rē. **E**t nimir. cū
sit sursum. optet fodere in altū
ꝑ hūilitatē. vt attingat̄. ꝑs **F**un-
damēta ei⁹ in mōribus san̄ctis.
Exemplū arbor. **P**inc q̄ se hūi-
liat̄ exaltabit̄ rē. **E**xcelsum dñs
hūilia respicit. et alta a lōge ag-
noscit̄ **A**ttēdit̄ h̄ q̄nto altiores
mōdo. tanto longiores a xpo. **A**-
tiores dico s̄m̄ ment̄ desiderij.
Ad hūilitatē tendite **I**n altū fo-
dite. vt fundamētū inuenire va-
leatis. puulus est. nō nisi puulo-
rū ꝑsortia placeat. **A**B **I**n

uento fundamento solido ꝑ hu-
militatem. optet nunc extruere.
Parietes ꝑpingere. et tectū ad-
ornare. **D**ec em̄ in edificio māli
nec̄ia sunt **S**ilr in edificio spū-
ali. **O**portet em̄ ꝑmū extruere ꝑ
fidē. q̄ ꝑma virtutū theologica
lūi ē. **P**arietes (ꝑ spem) erigere.
q̄rtuor ḡtutib⁹ cardinalib⁹ ro-
boratā. q̄bus in vita nihil vtili⁹
est. q̄ a ruina sustinent. ab ip̄g-
natōe defendūt **D**ec sunt sobri-
etas prudētia fortitudo iusticia
Nā spare sine meritis et gr̄a nō
est spare s̄z ꝑsumere. **T**ectum
q̄d omnia ꝑsuat. oīa opit̄ a cau-
mate et pluuiā ꝑ caritatē supdu-
cere. **H**oc em̄ totū edificium for-
mat et exornat. **C**aritas em̄ opit̄
multitudinē ꝑctōrū **N**ulla enim
opa tanq̄ bona ad meritū impu-
tant̄. q̄ nō ex radice caritat̄ ꝑce-
dunt **D**ec sola edificium n̄rm ex-
ornat vt xpc̄ inhabitare dignet̄
Aug. in de laud̄ caritatis. quā
templū dei sit homo. in quo est
caritas. **D**ec sunt tres ḡ-
tutes theologice. que oīm ceterā-
rum virtutū impatrices sunt et
dñe. **U**ñs trib⁹ in xpo funda-
ment o vnicō et solidissimo. vni-
m⁹. m̄ ouemur. et sumus **U**ni-
mus ꝑ fidē. sicut scriptū est **I**n-
st⁹ ex fide vniit̄ **A**bacuc. 2. **M**o-
uenur in eo ꝑ spem. que sursum
sunt desiderātes. ꝑ quā futurā
ciuitatem inquirim⁹. non habē-
tes h̄ mansiōz **H**eb. 13. **S**um⁹

in eo p vniuentem caritatē. Qui adheret deo. ait apłs. j. **Coz. 6** (Vaud dubiū qn p caritatem) vnus spūs est cum eo. **Hys** nisi firmiter adheream⁹. frustra de beatitudine spamus.

N Ille eni tres necessarie sunt ad salutē **S**iquidē sine fi de impossibile est placere deo. **Debr. xj.** Immo qui non credit iam iudicatus est. **Joh. 3.** Caritatem autem non habens nihil omnino est in acceptatiōe diuina. **J. Coz. 13.** et vltio. Qui non diligit dñm iesum. anathez ma sit **N**am qui nō diligit. manet in morte. **J. Joh. 3.** **S**pe autē salui facti sumus **Roma. 2.** et. **J. Joh. 3.** Omnis qui habet spem hanc. in xpo sacrificat⁹ est. sic ⁊ ille sanct⁹ est **N**emo autē nisi sanctus britudinē sortiet. qz nihil inqnatū intrabit i illā **Apoc. 21.** **E**t hoc rōne pt breuiter oñdi nā britudinē nemo rōis cōpos psequitur. sine tēdētia ppa i ipam **L**ū eni ipa sit finis vlti⁹ hois q est agēs p cognitōz et voluntatē ad eius dignitatem pertinet. q respectu eius habeat aliquam p priam actionem. **S**ed vt dicit sanct⁹ **Bonaue. in. 3. dis. 23.** in tentio nostra nō mouetur nisi in cognitū possibile haberi. ⁊ bonū pōpratū et desideratū. **N**ecessē itaqz est hoi vt finē hunc cogno⁹ scat. **C**ognitū diligit. ⁊ dilectū vt possibile sibi desideret. si ad eum tendere debet p opa merito

ria. a volūtate libere pcedentia **S**iquidem nōo eligit laborare p re quā nō tanqz sibi possibile desiderat **N**ā electio nō est impossibile. **3. Eth. 1.** **S**ed nec desiderat qz. qd nō diligit. qm ipm desiderare diligerē est. et rem tā qz bonā sibi appetere **N**ihil autē amatur nisi cognitū. **x. de trini.** **N**ecessē est itaqz si efficaciter in finem vltimū qui est britudo et salus nostra tendere debem⁹. hūc agnoscam⁹. diligam⁹. ⁊ tan qz nobis possibilem appetamus **P**rimū p fidē **S**cōm p caritatem. **T**ercū p spem adimplem⁹. quia agnoscere deū in via quomō oportet. actus est fidei **D**iligere in se. caritatis **D**esiderare. vt britudinē nrām nobz possibilem spei. **Q**uia etiā hys trib⁹ reformatur imago nostra. ad cōformitatē imaginis diuine **I**n tellectus fide. volūtas caritate. et p spem memoria. q sunt tres ptes imaginis nrē **Q**uia iterū trib⁹ dicit⁹ stutib⁹ corrdēt tres act⁹ pncipales. siue ptes beatitudinis q finis est xpianoz. **F**idei scz visio. **C**aritati fruitio. ⁊ spei tentio. **I**deo non incōgrue appellari possunt subā siue fundamentū xpiane ouersatōis **E**x qz bus quecūqz actio pcesserit merito est vite eterne **Q**ue vero ex eis non pcesserit. quantum cūqz fuerit honesta et moralit bona. vite premiū non meretur. **I**taqz vanum est omne virtutū

In dedicatione templi

edificiū. qđ ex terciā radice. in
mediate xpo inherente tanqđ fū
damento firmissimo. nō surgit
Et ideo de fide scriptū est. qđ est
suba rerū sperandaz. **Debre. 11.**
Spes aut anchora firma aie et
tura dicit. **Debre. 6.** quia firmi
ter pncipali fundamēto iniecta
De caritate vero ita clare osten
dit omnia sine ea nihil p̄ficere ad
salutē. vt nec fides. nec pphētia
nec spes. nec opera aliquid p̄fi
ciant sine ea. **1. Cor. 13.**
Ex his omnib⁹. quasi p̄ma
clausio toti⁹ xp̄iane structure ac
edificij elicit. que est pncipiū to
tius xp̄iani p̄fectus. **A**d hoc su
mus xp̄iani. vt christo dño. vni
co cum patre et sp̄sctō funda
mento inherēam⁹. fide integra
spe firma. et caritate p̄fecta. qđ
est dicere. vt i eū firmiter creda
mus. **E**ū p̄fecte supra oia diliga
mus. et eo frui tanqđ sūma et vl
tima beatitudine nra fiducialit̄
desideremus. et desiderāter con
fidamus **D**oc nobis sit quasi si
gnum ad metā. ad quod in om
nib⁹ actionib⁹ nostris. mēt̄ oca
los dirigamus. nec ab eo aliquā
do deflectam⁹ **Q**m licet finē no
strū beatitudinē siue regnū celo
rū xp̄iani adipisci volumus. nul
la tamen alia via. nullis medijs
alijs. ad hūc tendere possum⁹ ef
ficaciter. nisi qđ fide spe et carita
te nostro fundamēto christo in
herēam⁹. **E**t ideo sicut quilibet
indulstrus artifex. vt dicit **As**

lian⁹. coll. prima aut negotiator
nō solū finē certū querit et amat
sed et certa media eligit ad qđ om
nis p̄positi sui intentōem diri
git. et p̄ illa finem principaliter
intentū assequi intendit **S**ic p̄
agriculturā agricola. **P**er mer
cancias negotiator diuitias ad
pisci la borat. **N**ec tm̄ diuitijs
quantū diligent agriculture et
mercationi intendit. non dubi
tans his bene actis. diuitias se
curas **I**ra et nos cupientes reg
nare cū christo. ad hoc siue fun
damentū dixeris. siue mediū. si
ue viā. fidem spem et caritatem.
velut ad certā et rectissimā lineā
cursum necesse est dirigam⁹. om
nia hui⁹ gratia gerenda appetē
da sunt. vt in christū firmit̄ cre
damus. pure et p̄fecte eum dili
gamus. et sūme in ipso fidam⁹.
p̄ hoc vniuersos labores letāter
aggrediamur omnia sustineam⁹.
Quidquid ab hac intentiōe di
uersum est. q̄uis vtile aut neces
sarium videat. vt noxiū deui
tandum est. quiddā ad hanc p̄
ficit. amplectēdū **S**ciētes quā
tum in his p̄ficim⁹. tm̄ p̄fectio
res erimus. ac fini nostro beati
pp̄inqm⁹ **N**ec de castitate. pau
pertate. paciētia. elemosinaz lar
gitione. vigilijs. laboribus. sibi
quisqđ blandiat. si p̄ hec in dict̄
nō p̄ficiat. **D**icente clare ap̄lo.
Corpalis exercita⁹ ad modicū
vtilis est. pietas ad omnia valet
Pietas ad interiorē dei cultum

spiritualem consecutum. qua de dyaboli faucibus ereptus. a peccatis ablutus. fide certissima illustratus. spe promissionis verissime securus. caritate electus. in christo regeneratus est. Et huic domui incorporatus. in quo uniuersa ad eternam salutem necessaria facillime accipit. et salutem perfectissimam sortietur pariter et eternam si ipsemet voluerit habere. Hanc diem nostre electionis. regeneratiois. incorporatiois hodie. quo hec ecclesia materialis nobis dedicata est. et quasi promptuarium celestis thesauri et sacramentorum omnium ad salutem necessarium nobis assignata est recolimus. et annua reuoluntione oculis nostre considerationis presentamus. et de salute domui nostre facte in domino exultamus. Hoc dumtaxat caute prouidentes ne factam in nobis salutem preciosissimam vilipendentes iterum proiciamus. et nouissima nostra prioribus preciosa reddamus. sed magis data custodiamus. donec in futuro confirmati eam perdere non possimus Amen.

De eodem Sermo VII. in ordine. LIII.

Domum tuam decet sanctitudo Ps. 92.

Quid est nobis dilectissimi dies celebratissima et festiua. festiuitas familiaris et domestica. cum omni gratiarum actione deuotius celebranda. Festiuitas utique ut Bernardus ait in sermone qui incipit. Etiam hodie. Domus domini. templi dei. ciuitatis regis eterni. sponse christi. que omnia fore sancta scripture tradit auctoritas. ideoque omni celebratatis honore dignissima. Nec frustra hanc sollemnitatem celebratissimam dixerim que omnium festiuitatum radix est et fundamentale principium nisi enim domus domino dedicata foret nec esset ubi vel deo vel unigenito eius christo. aut spiritui sancto vel regni. siue cuiuslibet sancto festa celebrarentur Sicut nec populus ille peculiaris domo. ante tabernaculi materialis dedicationem. legitur festiuasse. immo ipsius tabernaculi dedicatio primum fuit festum ab ipsis celebratum. Quod uero familiaris nobis sit et domestica. Bernardus in quodam sermone testatur dicens. Ceteras quidem sanctorum sollemnitates. cum ecclesijs alijs habemus cōnes Dec hoc sic nobis est propria. ut necesse sit a nobis eam vel a nemine celebrari. **N**ra est que de ecclesia nostra. magis

In dedicatione templi

gis aut nostra quia de nobis ip-
sis. **N**on enim domus illius
materialis tantum. consecratio
festiuatur. verum et domus do-
mini que est anima fidelis. Do-
mus domini que est ecclesia mili-
tans. Domus domini que est ec-
clesia triumphans dedicatio ce-
lebratur. Siquidem p omnibz
hys domum in scripturis accipi
repiť. de domo ecclesie triũphã
tis que in celis est. ait ppheta.
Beati q̄ habitant in domo tua
domine in secula seculoz lauda-
bunt te. De domo militantis ec-
clesie. dicit apostolus. j. **Thio. 3.**
Scias quõ te oporteat in do-
mo dei ambulare. que est eccle-
sia dei vini. columna et firma-
mentũ veritatis. De domo ani-
me ait **Petrus. j. Pet. 2.** Tãq̄
lapides viui supedificamini do-
mos spirituales. De materialis
ecclesie domo loquitur **Isa. 56.**
Domus mea domus orationis
vocabitur. Omnes has domus
dominus sibi consecrauit. Cele-
stem dum picerus est draco ille
magnus antiquus serpens qui
vocat dyabolus. et facta est sal-
et virtus et potestas et regnum
dei **Apoç. 12.** Militantẽ dum
eam in cruce mundauit. fm illd
Eph. 5. Christus seipsum tra-
didit pro ecclesia. vt illam san-
ctificaret et. Animã in bap-
tismatis lauacro sibi desponsat.
fm illud ad **Thitũ. 3.** Saluos
nos fecit per lauacrum regene-

rationis et renouationis spiritus
sancti. **M**aterialen autem do-
mum pmo per ministeriũ moysi
deinde salomonis sanctificauit
Et quotidie per manus ponti-
ficum sanctificat. de quo **Ber-
nardus in smoe.** Quis em pietes
ecclesie sanctos dicere vereatur.
quos manus sacrate pontificũ
tantis sanctificauere miserijs.
Merito itaqz sanctis laudibz
extollenda est omnis domini ha-
bitatio. quoniã domũ domini
debet sanctitudo De quibus vt
aliquid dicatur. Pro gratia
Aue maria **B**
Domum tuã decet sancti-
tudo. Quattuor domus domi-
no sanctificatas audisti. celestẽ
ad quã tendimus. ecclesiam in
cuius fide et obedientia viuimz
Animam nostram quam deo p-
paramus. **M**aterialen in qua
sacramenta picipamus. Qua-
rum idcirco dedicationem pagi-
mus. quoniã ineffabilia in hys
nos domini dona recepisse cog-
noscimz. **Q**uid em gratiosi co-
gitari potest. qz q̄ dominus nobis
qui puluis sumus et cinis. celestẽ
habitationem sacrauit. in qua
vniuersis malis semotis. in do-
mino perpetua pace stabiliemur
fm illud **Isay. 65.** Non audiet
in ea vox fletus. nec vox clamo-
ris erit ibi amplius. sed que nec
oculz vidit et. preparauit dominus
Isid. 64. Quid deniqz mi-
sericordiz eo qd nos immeritos

decreuit producere tempore plenitudinis et perfectissimi status ecclesie. noue scilicet legis. atque non in infidelitate permittere. sed ad agnitionem sui sanctissimi nominis perducere. ac ecclesie sue inco:porari. cuius ipse caput est. membra quoque eius fieri fide et sacramentorum participatone. **Per** que cuncta nostra mundatur peccata. in qua vitam mereri possumus eternam. quod mille millibus non est concessum in deis gentibus et paganis.

Quid denique amorosius quam quod summus creator cui celum sedes est et terra scabellum pedum eius dignatur nostram animam sibi in templum dedicare. in quo nedum in donis sed personaliter vult habitare. cuius deliciae sunt esse cum homine. **Prover. 8. Et Apoc. 3. Ego** sto ad ostium et pulso te. **Jo. 14. Ad eum** veniemus et mansionem apud eum faciemus. **Quid** demum clementius eo quod dominus ad celeriore omnium predictorum persecutione. dignatur etiam nobis materiale templum sanctificare. in quo nos orantes semper exaudiat. aliaque innumera ut dicitur tribuat. **Dec** sunt que hodierna festiuitate in suis canticis ecclesia commemorat. que omnis fidelis anima diligenter hodie consideret deo omnium largitori totis viribus gratias referat. sequatur illi parare studeat templum mundum et beneplacitum. **De** omni

bus hijs dicendum esset in hac sacra solennitate quemadmodum in canticis huius festiuitatis de hijs omnibus ecclesia gloriatur. **Sed** quia ut apostoli verbis utar. cum magistri esse deberetis propter tempus. rursus indigetis ut doceamini que sunt elementa exordij sermonum dei et facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo. **Quod** opera vestra clare docent. **I**deo dimissis subtilioribus duntaxat de materiis ali templo aliquid grosse et literaliter proponam. quod sit sanctum quoniam ipsum decet sanctitudo. **S**ecundo aliquid contra eos qui non sanctificant sed inquit inquit. ut sciatur quantum per hijs puniendi sunt a domino nisi resipiscant. vnde apostolus ad Hebr. 5. **N**on plus quod spirituale sed quod animale. de inde quod spirituale. 1. **Cor. 15. I**tem primo dicendum de mali domo. deinde de spiritu ali. **¶** **Q**uo ad primum dicit dominus. 2. **Paralip. 7. E**legi et sanctificavi locum istum. ut sit ibi nomen meum in sempiternum. **E**t permaneant oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus et aures mee erecte erunt in orationes eius qui in isto loco adorauerit. **I**n quibus tangunt quatuor: propter que merito domus domini sancta dicitur et existit. que sunt diuina electio. sanctificatio sacratissimorum conseruatio. et officiorum executio. //

In dedicatione templi

Elegit enim dominus ab initio ex omnibus que creauit quodam suo singulari cultui de dicanda. Elegit inquam de omni gente populū sibi peculiarē. populū israel. et de hijs vnā tribum scilicet leui. De qua specialiter ad sui cultum leuitas et sacerdotes dedicari precepit. quibus hodie succedunt officio prelati et sacerdotes etc. Elegit de possessionibus et fructibus primitias ac decimas ac varias oblationes. Elegit tempus scilicet diem septimum ac quedam alia festa. Sic et elegit sibi certa loca in quibus colū magis sibi complaceuit. Que omnia quantum sacrificari quantaque puritate fulgere precepit. tota vetera testamēta. si mul et noui plena est pagina. Inspirauit enim patres a principio ad erigēda sibi altaria. vt Noe Abrahā Isaac Iacob etc. Deinde de tabernaculum fieri et sanctificari diligentissima instructione moysi precepit Tandem templū salomonis preciosissimū edificari et destructū reparari et magnis solennitatibus dedicari placuit. Que cum tempe legis nature et moysayce instituit. quanto magis tempore plenitudinis gratie templa nostra fieri porordinauit. Quis autem dubitet esse ueneranda et laudibus digna. que sanctus sanctorum sibi singulariter appropriauit. // **D**

Sanctificauit quoque

dominus tabernaculum suum ac templum unctionibus. ac varijs ceremonijs. per mistros suos. vt habetur Exodi. ultimo. 3. Regū. 8. Et. j. Machabe. 4. Et nunc dignatur per manus pontificum et sacratissimas benedictiones. premisis exorcismis. et sacras chrismatis unctioes dedicare. que quales sint et quomodo fiant nunc rescindō. Per exorcismos inimica fugatur potestas. cuius exemplū ponit Gregori. 3. libro dyalogorū ca. 30. Propter quod et locus ille terribilis demonibus dicitur. Post consecrationem uero dicit beatus Thomas in. 3. pre. q. 83. arti. 3. Sanctificatur non quia gratie sit susceptiua. sed quia ex consecratione consequitur quādam spiritualem uirtutem. per quam apud reddatur diuino cultui. vt scilicet homines deuotionem quandam ibi recipiant. qua paratiores sint ad diuina. nisi hoc propter irreuerentiam impediat. Siue illa uirtus sit quod inherens. parietibus templi. sine quod magis credo) sit uirtus diuina specialiter eis assistens qui cum reuerentia et timore in domo sibi sacrata eū colunt. non curō. Quic secundo consonat illud Aliodoro uerbum. 2. Machabeorū. 3. testantis. quod in templo uere sit diuina quedam uirtus. Nam et ipse ait. Qui habet in celis habitaculum uisitatoꝝ et adiutoꝝ est loci illi.

Unde quidam pbabiliter dicunt. vt recitat Thomas vbi supra. q per ingressum ecclesie homo consequitur remissionem venialium peccatorum fm illud ps. Benedixisti domine terram tuam remisisti iniquitates plebis tue. Ecce habes. 3. que cosecratio tribuit templo. Expellit potestatem aduersarij ne impediat inibi salutem querentes. remittit peccata venialia. Confer intransibus intrinsecus quamdam deuotionis virtutem. vt intensus suo creatori famulentur.

Nequaquam putandum est frustrari preces ecclesie. in ecclesie consecratione. et vinctio- nes et cetera talia. que in figurali tabernaculo synagoge tate fuere efficacie. vt etiam visibili signo diuine presentiam virtutis agnoscerent. Unde scribit Exo. 40. Postquam cuncta perfecta sunt scz in dedicatione tabernaculi. et ministroz. operuit nubes tabernaculum testimonij. et gloria dñi impleuit illud. nec poterat moyses ingredi tectum federis. nube opiente omnia et maiestate domini consueate. Si carissimi hoc figurale tabernaculum qd non nisi arcam federis in qua tabule preceptorum. vna aurea plena manna. ac virga aaron recludenda fuerant continebat tanta virtus visibiliter impleuit qd putandum est templo nostro figurato qd diuine virtuti in-

visibiliter assistit qualia contineat statim dicitur. Est et tercio templum hoc materiale merito sanctum. ppter sanctissimorum continentiam. continentur namqz in ecclesia sacra legis vtriusqz volumina. et laycoz libri. qui sunt picture. quibus ad salutem ac dei honorificentiam instrumur. Sed fortassis parum hoc videt. et dictu indignum. libros sanctos appellare quos nonnumquam sub pedibus. pulueribus operosos. apertos. ac multa inhonestate inueniunt languentes. Sed reuera hoc est non modice detestandum. ac vehementer arguendum. Nonne ab omnibus non iniuste argueretur. qui depictam tabulam christi imagine. aut virginis gloriose in lutum piceret aut pedibus calcaret? quinimo corripitur. qui picturas preterit erit reuerentiam non ostendit? Quid autem maius est. libri an picture. Num enim vtraque veneranda facit rerum significatarum sanctitas. Dubium non est libros in quibus incomprehensibilis deus apprehensibiliter continetur. in quibus diuina mandata et ex ore dei precedentia verba. et quidquid diuinum est aut sanctorum honorem et animarum salutem longe concernit clarius quam picturis describitur. imaginibus effigiatas anteferi. Discimus igitur a laicis quemadmodum illi picturas. nos libros sanctos

In dedicatione templi

venerari. De quibus machabei gloriabatur dicentes. j. Mach. 12. Dabemus solatio sanctos libros in manibus nostris. Moy ses deniqz librū legis in summe veneratōnis arca. interius exte- riusqz deaurata. reponi iussit. Tollite inquit librum istū z po- nite in latere arce federis domi dei vestri. Deutro. 31. Quid fe- cisset de libro legis euangelice. In cuius signum hodie in eccle- sijs auro et gemmis euangelio- rum ac epistolaz libri sicut ho- die vidistis circumdant. in qui- bus nescio tamē quomodo stul- ti homines aurū magis qđ fo- ris apparet honorant qm chri- stum qui in litteris intrinsecus latet

Continentur quoqz in ecclesia reliquie sanctorum. qui- bus in hac vita sancti fideliter christo militarunt. ac meruerūt vt eedem in resurrectione gene- rale glorificabuntur. que quāte sunt veneratōnis docent innum- merabilia miracula. que per ipa operatus est domin⁹ vt in legen- dis sanctorz per totum annū au- ditis. illud de Delizeo cui⁹ ossa- dum piectum hominis cadauer casu tetigit reuixit. 4. Reg. 13.

Continetur ibi angelorum frequentia vel potius ipsi custo- diendo continent templum. De hoc dicitur Isay. 62. Sup mu- ros tuos hierusalem cōstitui cu- stodes. vbi Bernard⁹. Benig-

nus es domine. nostrorū nec hac fragili ptectione murorum pos- tes esse contentus. sed angelicā quoqz custodiam supraponis. vt muros defensent. et eos qui murorum ambitu continentur. Insufficiens est enim ministra- tio nostra. nisi et nobiscum et p nobis amistratozios spūs mit- tas. vt hereditatem capiam⁹ sa- luti. Sic olim vidit Jacob in somno figurali nostri tēpli sca- lam et angelos ascendētes et de- scendentes. et cuiusqz ait. qm terribilis est locus iste. non est h aliud qđ domus dei z porta celi.

Continentur iterum gratia- rum vasa. ac materie sacramēto- rum baptismatis. vunctionis. sa- cri christmatz. quibus a sordib⁹ peccatoz abluimur. gratiam cō- sequimur. et in confessione xpī nominis roboramur. **E**t si hec modica videntur. Ecce Ja- cob dominum scale innixum vi- det. vnde testatur. Vere domi- nus est in loco isto. et ego nescie- bam. Miratur enim gratiam. ait Bern. et dominatōnis ma- gnitudinem. Inhabitat enim dominus non generali tantum p̄sentia in templo. quomodo eti- am eum celi celozum non capi- unt. Sed speciali inhabitati- onis modo. Christus em̄ domi- nus z redemptor noster quantū ad humanam naturam verissī- me in materiali nostro templo continetur sub speciebus panis

sacramentalis sibi reservatis. ibi
qz oblati. Secundū deitatem
vere est in loco isto. nam vt **Ber**
nardus ait. ibi vere est. et vere
domin⁹. vbi in eius nomie an
geli simul et homines congregā
tur. vbi deniqz tot salutaria mi
racula in conuersis ad se impijs
operatur. quibus se exhibet pre
sentem cognitōe et amore. apud
impios ait **Bern.** est in dissimu
latione. apud iustos in veritate
apud angelos in felicitate. apud
inferos in feritate. Terribilis
igitur locus ille est. et omni reue
rentiā dignissim⁹. quē fideles vi
ri inhabitant. quē sanctarū reli
quiarū p̄sentia decorat. quē an
geli sancti frequentant. quē sua
quoqz p̄sentia dominus ipse
sanctificat.

Quartum p̄pter quod lo
cus iste merito vt sanct⁹ venerā
tur est. sanctorū officiorum. ac
operum executio. ad quā lapide
um hoc templū principaliter or
dinatur. **I**n eo nanqz deus
deorum adoratur. laudatur. be
nedicitur. in hūmnis et canticis
in leticia et exultatione. et in va
rio exteriori cultu. qui licet in oi
loco dominatōis eius benedicē
dus sit. Principaliter tamē ad
hoc locus iste sacratus est. fm
illud ps̄ In ecclesijs benedicite
domino. Et iterū adorabo ad
templū sanctū tuum et confite
bor nomini tuo. et in sequentia.
Dac domo trinitati laus et glo

ria semp resultat. **O**rdi
natur ad h̄ templū secūdo vt ibi
supplices ad deū orationes fun
dantur. que et cicius a domino
exaudiunt. fm illud. 2. Paral.
7. Audiui orationē tuam et ele
gi locum istū mihi in domū sa
crificij si clausero celū et pluuia
non fluxerit. et preceperō locuste
vt deuoret terram. et misero pes
silentiam. in populum meū. con
uersus autem populus meus si
per quos inuocatum est nomen
meū deprec⁹ me fuerit. et egerit
penitentia a vjjs suis pessimis.
ego exaudiam de celo. et ppiti⁹
ero peccatis eorū. et sanabo ter
ram eorum. Oculi quoqz mei es
runt aperti et aures mee erecte
ad orationem eius qui in hoc lo
co orauerit. **O**rdinatur deni
qz vt ibi sacra christi doctrina.
verbum dei et mandata eius po
pulo declarent. sicqz eis salutis
via ostendatur. de quo **Isay.** 2.
dicitur. Venite ascendam⁹ ad
mōtem domini ad domum dei
Jacob. et docebit nos vias su
as. et ambulabim⁹ in semit⁹ ei⁹.
De hoc **Aug.** 2. de ciui. c. penul
timo ait. Populi confluunt ad
ecclesiam casta celebritate. hone
sta vtriusqz serus discretione.
vt audiant q̄ bene hic ad tem
pus viuere debeant. vt post h̄ac
vitam beate sempqz viuere mere
antur. **U**bi sancta scriptura in
sticieqz doctrina de supioze lo
co in conspectu omnium p̄sonant

In dedicatione templi

vt qui faciunt audiant ad pre-
miū. et qui non faciunt audiāt
ad iudiciū **Dec** ille.

Ordinatur quarto ad hoc
vt ibi sequamur peccatorū veni-
am ac gratie infusionem p̄ sacra-
mentorū operationē que ibi mi-
nistrantur. que sunt tanq̄z fon-
tes gratiarū. **V**inc canitur. **V**ic
percunt peccatrici anime crimi-
na. et **Ezech.** .i4. **A**que redūdā-
tes a latere dextro domus dei.
et viuent omnia ad que venerint
torrens scilicet sacramentorū

Ordinatur quinto ad ob-
lationes et interiores et exterio-
res ibi deo offerendas. et princi-
paliter ad imolandum deo pa-
tri salutarē hostiam ac summū
sacrificiū corporis et sanguinis
domini nostri iesu christi p̄ om-
niū salutē fidelium. Et ad cibā
dum fidelem populum hoc cibo
ineffabilis dignitatis in figurā
arram et pignus eterne felicita-
tis. **V**inc mandatum fuit iude-
orum populo. **Deutro.** .xij. **A**d
locum quem elegit dominus ve-
nietis et offeretis in illo olocau-
sta et victimas. et **Proverbi.** .9.
Sapientia edificauit sibi domū
excidit columnas septem. imo-
lauit victimas suas. miscuit vi-
num. et p̄posuit mensam suam.

Ordinatur sexto ad sin-
gularem sanctorū veneratōnem.
ac inuocatiōem quibus ecclesia
et altaria singulariter vt patro-
nis et defensoribus sunt sacra-

ta. ac quorū reliquie ibi conti-
nētur. quos dubium non est su-
os imploratores deo commen-
dare. auxiliāq̄z salutaria confer-
re. p̄pter qd̄ **Job** dicitur. **A**d
aliquem sanctorū conuerrere.
Eiusdem. .5. **M**ulta quippe do-
minus p̄pter sanctorū inter-
cessiōē dare fidelibus disposu-
it alias non daturus. **V**inc pro-
pheta **Daniel** orat p̄pter abraā
dilectum tuum. et **Isaac** seruūz
tuum. et **israel** sanctū tuū. **Eius-**
dem. .3. **L**ocum itaq̄z tot sancti
officijs deputatū. quis dubitet
sanctum? **Q**ue cum omnia n̄ri
causa misericors deus disposuit.
quantis sanctitate et mundicia
a nobis venerari debent? **N**ec
aliquid aliud in templo domini
agendum. nisi id p̄pter quod in-
stitutum est. vt **Augustin** ait in
regula. **V**inc vniuersalis ecclesie
statuto ex **scilio Lugdu.** sub
Grego. .x. edito nos obligat d.
Decet domum domini sanctitu-
do. vt cuius in pace factus est lo-
cus. eius cultus sit cum debita
veneratiōe pacificus. **S**it itaq̄z
ad ecclesias humilis deuotus in-
gressus. sit in eis quieta conuer-
satio deo grata. inspicientibus
placida. que considerantes non
solum instruat. sed etiam dele-
ctet. **C**onuenientes ibidem no-
men illud quod est super omne
nomen. a quo aliud sub celo nō
est datum hominibus in quo sal-
uos fieri credentes oporteat. no-


men videlicet iesu christi. qui saluum faciet populum a peccatis eorum. exhibitione reuerentie specialis attollant. et quod generaliter scribitur quod in nomine iesu omne genu flectatur. singuli singulariter in seipsis implentes. precipue dum aguntur missarum sacra sollemnia. gloriosum illud nomen quandocumque recolitur flectere genua cordis sui. quod vel capitis sui inclinatio testentur attendentur in locis eisdem in tentis precordijs sacra sollemnia. deuotis orationibus insistatur. **R**etera quoque de quibus supra dictum sancte exequi curemus **S**ic domini quod sanctitudo decet. debite sanctificabimus. **N**amque in ea gratiam merebimur in presenti. et gloriam in futuro **Q**uam nobis prestare dignetur templi inhabitator **C**hristus dominus cum patre et spiritu sancto in secula benedictus. **A**men

¶ Sequuntur nunc sermones de festiuitatibus beate **M**arie virginis.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF







generalis

on r
gine
fōne
pro
ges
ter
edi
ser
vis
ica
cia
lare
oras
er
vis
s ce
oēs
bea
he.
nes
omi
nes
nim
ter
quo
ter
am
qr
n et
an
ec
er
ope
nen
sis
ue
ste
ore
ber

voluit. Ideo sublimiter hodie
ad supremi solii exaltata regni
sceptra tenet imperij celestis pa
riter et terreni. unde Hieronim⁹
ad paula. Dec inqz est dies in q
vsqz ad throni celsitudinem in
temerata mater et virgo pcessit
atqz in regni solio sublimata p⁹
xpm gloriosa resedit. Et ppheta
ta. Assitit regina a dextris tuis
in vestitu deaurato circumiecta
varietate. Uere in vestitu deau
rato. corpore iam incorruptibili
et glorioso circumiecta variera
te donorum glorie. Siquidem
magnificata est hodie beata vir
go. ait Berfon sup magnificat.
Ut regina celi. imo et mundi iure
vocetur. habens pminentia et
virtutem infuriam sup omēs.
unde et Bern. fimoe. 2. de penth.
Ad illam sicut ad medium. sicut
ad arcam dei. sicut ad reru cau
sam. sicut ad negocium seculoz
respiciunt et qui in celo habitant.
et qui habitant in inferno. et q
nos pcesserunt. et nos qui sum⁹.
et qui sequentur. et nati natorum
et qui nascetur ab illis. Illi qui
sunt in celis vt resarciatur. et qui
in inferno vt eripiantur. qui pre
cesserunt pphete. vt fideles in
ueniantur. qui sequuntur vt glo
rificentur. Que ergo cum e celis
regit. celozum regina. sicut eccles
sia cant. vocari digna est.
U. Dumilitati habit⁹ corru
det solis amict⁹. De ha. em bea
tissima visio iohis in Apoc. c. 12.